



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

CELEBRE Monasterium ordinis S. Benedicti, ex quo multi egregii viri ad gubernandos varios Germaniæ Episcopatus ac Abbatis, prodierunt, constructur ac instituitur per sanctum Rupertum, vnâ cum Episcopatu Salisburgenfi, auxilio & munificentia incliti Theodoni Ducis Bauariæ, quem sanctus Rupertus in fide Christiana Ratisponæ instituit, vnâ cum suis optimatibus, sacrae regenerationis lauaero abluit, circa Annum 580. In hoc Monasterio & ipse sanctus Rupertus & septem sui Successores sedem Episcopalem habuerunt, tam Episcopatu quam Abbatiæ laudabiliter profuerunt, ibidemque humati sunt, vsque ad sanctum Virgilium, qui crescente multitudine Christianorum, relinquens Abbatiæ gubernationem Bertrico pio ac docto Monacho, aliam sedem Episcopalem erexit, & insignem Basilicam nouam, in honorem sancti Ruperti primi Salisburgenfis Episcopi ac Doctoris construxit, quam absolutam, Anno 774. ipse met consecrauit, eoque sanctum Rupertum, cū suis duobus Sacellanis viris sanctis, ex aede sancti Petri transtulit, de qua re ac cæteris Abbatibus huius Monasterij latius videat, qui vult, Bruschiū in sua centuria Monasteriorum Germaniæ.

ADDITIONES.

DE S. Ruperto Boiorum Apostolo Ecclesiæ Salisburg. & Monasterij S. Petri constructore cum multa passim sunt obuia, tum imprimis operæ est consulere Dn. Marcum Velsorum Rer. Boicar. libr. IV. & R. P. Raderum Tom. I. de Sanctis

R. P. Red.
Tom. I. Bauaria
ueria Jan-
uaria pag. 40.

Casparus Bruschius talem Abbatum Monasterij S. Petri Salisburg. Centur. Monasteriorum inferuit.

- I. S. RVPERTVS obiit 623. vide sup. f.
- II. B. VITALIS, ob. 646.
- III. S. ANSOLOGVS ob. 666.
- IV. SAVOLVS ob. 680.
- V. EZIVS. ob. 703.
- VI. FLOBARGISVS. obiit 740.
- VII. IOANNES ob. 754.
- VIII. S. VIRGILIVS.
- IX. BERTRICVS ob. 785.
- X. AMMILONIVS successor Archiepiscopus Arnonis ob. 821.
- XI. TITVS S. Ruperti Præpositus.
- XII. MASELINVS
- XIII. REINHARDVS ob. 1077.
- XIV. IRMBERTVS, resignauit propter aduersam valetudinem. anno 1079.
- XV. THIEMO Monachus Anno 1090. factus Archiepiscopus, martyran. no 1102.
- XVI. ALBERTVS ob. 1104.
- XVII. WESELINVS ob. 1104.
- XVIII. REIMBERTVS factus Episcopus Brixinensis an. 1116.
- XIX. WALDERICVS ob. 1147.
- XX. HENRICVS anno 1167. substituitur Romano Gurcens Episcopo.
- XXI. HENRICVS II. resignauit propter infirmitatem an. 1188.

XXII. WFD.

- XXII. WIDPOTO ob. 1193. vi. Id. Octobr.
 XXIII. PILGRINVS resignat an. 1195.
 XXIV. CONRADVS cessit antecessori seu potius vexatori suo.
 XXV. SIMON ob. 1231.
 XXVI. Magr. BERTHOLDVS obiit 1242.
 XXVII. RICHERVS obiit. 1259.
 XXVIII. ALBETVS ob. 1262.
 XXIX. CHVNO resignauit an. 1267.
 XXX. SIMON resignauit 1270.
 XXXI. DIETMARVS ob. 1288.
 XXXII. ENGELBERTVS.
 XXXIII. RVDBERTVS ob. 1314. vii. Id. Iul.
 XXXIV. CONRADVS ob. 1346.
 XXXV. OTHO ob. 1364.
 XXXVII. IOANNES *Roffius* ob. 1375.
 XXXVII. OTTO *Kallenbergerus* obiit 1414.
 XXXVIII. LEONHARDVS ob. 1416.
 XXXIX. VDALRICVS *Blankenselser* ob. 1420.
 XL. IOANNES *Noczenhuserus* ob. 1427.
 XLI. GEORGIVS *Ballerus* ob. 1435.
 XLII. ERHARDVS de *Lamniz* ob. eod. anno.
 XLIII. PETRVS *Klugheimerus* ob. 1466.
 XLIV. RVDOPERTVS *Keutzelius* ob. 1495.
 XLV. VIRGILIVS ob. 1502.
 XLVI. WOLFGANGVS de *Roschingen* ob. 1518.
 XLVII. SIMON exauctoratur an. 1522.
 XLVIII. IOANNES *Staupicius* ob. an. 1524.
 XLIX. CHILIANVS ob. 1535.
 L. GEORGIVS *Oeller*, XI. tantum diebus præfuit pleuritide è medio
 sublatus.
 LI. EGIDIVS.

S. PETRI CONSECRATI.

VVLGO *Weyß S. Peter* Scotorum extra muros Ratisbonen. & sancti Iacobi intra muros. Monasterium hoc dicitur tempore Caroli Magni inceptum, & in colle victoriæ extra muros positum, vbi corpora interfectorum sepulta, consecratum miraculosè per sanctum Petrum cœlitus, iuxta Chronicon illius Monasterij apocryphum, &c. Sed cum iste locus arctior & angustior esset, quàm vt tot fratres caperet, ædificatum est in agro quodam plano & lato D. Alberti, Nobilis viri de Miderfil in montanis qui residebat in propriis possessionibus apud Phrandenhufen, Monasterium Scotorum in honorem D. Iacobi, sub Dominico primo eius loci Abbate, tempore Erckanfridi Episcopi Ratisbonen. & Locharij Imperatoris, circa annum 845. Ita habet Chronica Episcoporum Ratisponensium.

VERVM Auentinus libro 5. Annalium, fol. mihi 354. ex diplomatibus, quæ extant longè aliter, nempe D. Marianum cum sociis, sub Heinrico quarto Imperatore, ac Ottone Episcopo Ratisponam venisse, ab Hemma, Abbatisa superioris Monasterij hospitio exceptum, postea à Willa Abbatisa, quæ Hemmæ succellit, Templum diui Petri extra urbem, quod Weichs vocant, con-

ficiento